

**Consolatio Desperantium, Seu Conciones De Magna Dei
erga Peccatores serio poenitentes, comitate**

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1617

I. Ivxta Textvm Graecvm Pater vidit & agnouit filium, quamuis eum tria ab
hac agnitione impedire potuissent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56142](#)

CONCIO TERTIA

ii

I.

IVXTA TEXTVM GRAECVM
Pater vidit & agnouit filium, quamuis
eum tria ab hac agnitione impedire
potuissent.

Benevoli Auditores, in posterum nostra concio
vix aliud quam amorem sonabit, amorem in-
quam non illicitum & cōcupiscentię, sed amo-
rem amicitia, amorem naturalem, amorem virtuo-
sum, inuentionem Veneris; sed illius quæ Vrania seu
cœlestis cognominatur, quæ significat amorem purū
& sincerum ab omni iūmunitia corporali alienissi-
mam, qualem debemus Deo, Parentibus, Patrię,
Probris & virtute præditis, benefactoribus nostris,
Patentes viciſſim prolibus & coniugati suis confor-
tibus: Ac primum quidem agetur de amicis aspecti-
bus omnis amoris præcursoribus, *Vidit illum Pater*
ipſius: Secundò de Paſſionibus & compassionibus a-
moris illorum aspectuum effectis primis, Et miseri-
tordia motus est: Tertio de occurſu amantium, Et ac-
curens: ut ad succinum palea aut ad adamantem fer-
rum. Quartò, de strictis & gratulatorijs amplexibus.
Ceidi super collum eius: Quintò amicis & duplicati-
balsis & suauijs, & osculatiis est eum: Sextò de opulen-
tis donis, vestibus, annulis, calceis, &c. Ultimò deni-
que de nuptiali epulo, Sambucis, Cytharis, omnique
musica Symphonia. Vix nunquam reor materiam ad-
ēt iucundam & hilarem, tam secundum litteralem
quam allegoricum & moralem sensum, auribus ex-
cepisti, ut nunc vtcunque intelligitis, & porrò Deo
adiuāte in singulis clariſſimis perspicietis. Nā amplexus Werricm.
*ille & osculum pietatis paterna, quid non habet gratia, dul-
cedine? Quid non felicissimi gaudij? quid non sanctissima
voluptatis? Sed suo ordine ad singula procedemus.*

Hodie ſolum de illo benignissimo Patri aspectu &
intuitu dicemus: *Vidit illum Pater ipſius. Vidit illum?*

F

an

an nihil preterea? imo & agnouit eum, non tantum
in generali ut hominem, sed particulariter etiam ve-
miserum, ait enim textus, vedit & misericordia mo-
rns est, nam misericordia cognitionem miseri suppo-
nit, sicut amor notitiam amabilis; imo etiam parti-
cularius vedit & agnouit filium suum; nam eo con-
specto mox accurrit, si autem extraneum putasset,
aut ipsum aduentarem expectasset, aut taliter
tardo gressu & maturitate senis digno ei obuiam
processisset, & accurrens, diligenter autem hic noran-
da est vox græca οὐδεν̄ qua non solum videre sed et-
iam cognoscere & intelligere significat, quasi dicat,
Vedit & cognouit illum Pater. O lenem! quomodo
tam probe eum agnoscat: Nam tria impedimenta mea
quidem iudicio sunt quæ hanc notitiam ei excutere
potuissent.

Primo, Magna distantia: Cum adhuc longè esset. Vi-
sio enim debitum spatium inter oculum & rem vi-
sam prærequisit, ita ut neque nimis longè recedat, neque
nimis ipsi potentia visus applicetur. Sic enim neque
vnum coronatum aureum videre valeo se ipsi oculo
superimponatur aut plus iusto approximetur, & neque
patum ex Breuiario meo legere potero si illud ad da-
sum admouero, quam si à me longitudine vnius ha-
bitus distet. Adde hunc senem iam totum canum sine
dubio visum debilitatum habuisse, ita ut cum decre-
pito Isaaco, non potuerit à longè tam acutè cognos-
cere miserum Iacobum prout iuuenis facere solebat.
Proiecta autem ætatis ipsum fuisse vel ex eo collig-
is quod junior eius filius ad illam æatem iam diu
peruenerat, ut dissiparet substantiam suam cum mereri-
cibus: & tamen agnouit ipsum a longè cum adictum
vnius sclopeti, ut diximus, forte abesset.

Secundò ornatus & vestitus ipsius Prodigii, qui to-
taliter erat immutatus: erat enim vestitus & pland
contrarius illi quem gestare consueverat. Abierat
ut suspicari licet sublimis in equo seu Siculo, seu Hil-
panico, seu Neapolitano, instar alicuius S. Georgij,
& cristam plumbeam contorquens, & invatos gulos
equum
passus,
decorat
Damna
qualis
uiter:
lachry-
locant
grossissi
arie cō-
que vell
bonari
neat te:
Dei iu-
pilius
cordal
gentil
Phrygi
gis, lin
Ligno
caligis
etiam
fectis.
Qua
mis su
Qon
Rex la
garious
posuit
Coryd
quam
modus
drus i
est, &
Pelopon
dere in
Sauler
cerep
cum /

equum circumagens: Redit autem tardo lentoque
passu, nihil in manu praeter scipionem aut virgulam
decorticatam tenens. Abierat totus holosericus &
Damasceno serico fimbrijs aureis vndique ornato
quasi oneratus, ut amorphibus suis commodius defor-
metur: sed redit, Deus nouit qualiter, forte vt simu-
lachra illa, quæ abigendis auribus, in segetibus col-
locantur, aut sicut mola quotidie ventis exposita;
grossiore scilicet tela vndique perforata, absque vlla
arte cōposita penula, quæ vix crura contingeret; abs-
que villo linteo induso, aut si ei illud superfuerit, car-
bonario Leodiensi nigrus erat, & rudi sacco quam li-
nea tela similius, si non cilicio. Et merito hæc iusto
Dei iudicio pro pompis & vanitatibus præteritis *Izai. 5.*
passus est, *Et erit pro fascia pectorali cilicum*: Cinctus
cordula aliqua varijs nodis astricta loco cinguli ar-
gentei aut deaurati, sumptuosè acupicti & opere
Phrygio elaborati. *Et erit pro zona funiculus*, sine cali-
gis, sine calceis, nisi forte detrita aliqua habuerit ex
ligno calopodia, amissis iam diu femoralibus &
caligis byssinis, acupictis & rugatis, deperditis
etiam calceis ex corio Hispanico artificiose con-
fectis.

Quam pauper redijt, qui diues absiefferat? de tota pa- *Petrus*
tria substantia calceamenta in pedibus non reportat. *Rauen.*
Quomodo ergo vt filius a Patre agnoscit potuit? Si
Rex lateret, si Codrus aliquis capitul & tanquam gre-
garius miles interficitur, mox ac regia vestimenta de-
posita & rusticū sagum induit. E contrario, si quidam
Corydon paludamento regio ornatus tam in theatro
quam in curia, aut inter plebem repræsenteret, quis
modus ipsum internoscendi erit? maximè si Co-
drus ille Atheniensium Rex, à quo Prouerbiūm
est, Codro nobilior, cum lixis & calonibus
Peloponensium, vt quiuis secura de triuio conten-
dere incipiat. Quomodo misera Phitonissa Regem *1. Reg. vls.*
Saulēm mutato habitu de futuris sciscitatem agnos-
cere poterat? Non enim omnes Prophetæ erant ut
cum Ahiae personatæ vxori Ieroboam dicerent:

3. Reg 14. *Ingridere uxori terroboam, quare aliam te effe simulus?* Neque sancti Martini, qui Diabolum in Angelum lucis & magnificum Regem transformatum mox agnouit dicens: *Dominus Iesus Christus non purpuratum aut diademate renuentem se venturum esse predictum.* Neque S. Rom. 11. Benedicti qui Armigerum Totila sub Regio scemate & comitatu ad se missum, & Regem se simulantem, ut spiritum Propheticum sancti viri de quo fama increbruerat exploraret, mox deprehendit. & argundo Breuiar. dixit: *Depone fili, depone quod geris, nam tuum non es.* Rom. 21. Quomodo decrepitus hic senex filium suum ita mutatum & personatum a longe videre & agnoscere potuit? interim tamen verum est, *Vidit & cognovit eum Pater ipsius.*

Greg. Tertiò, totius corporis alia quam fuerat constitutio: qui enim abierat delicatè nutritus, bono ab domine nonnihil grauatus, vultu neptico, crassus & pinguis, nec penus quam vitulus ille de quo postea audiemus, saginatus: rediit carne & muscularis priuatus, sola pelle ossa contegente, squalidus, pallidus, deformis, vultu contracto, rugato & decolorato, oculis introsum retrusis in star Lazari quatriduanii de se pulchro prodeuntis, habens pro crisante crine calvium, quod ex paupertate, fame, & morbo gallico contraxerat, & forte vna barbam euulserat; & quis dubitet cum prostrabilis assiduus tam diligenter metrices sectatus sit, & promiscue ac vagè Veneri de ditus fuerit, *Dissipauit substantiam suam cum merecicibus.* Scabies dorsum corroserat; nafum, labia, dentes & vngues siccus seu lues venerea penè exederat; renes adeò absumperat ut corpus suum vix traheret, terram sicut cilicernum & arcus tensus incuruus prospectaret; Ille inquam qui agilis & erectus abierat: Hic enim effectus genuinae filiae leptæ seu Elephantia, & viduæ infallibilis luxuriæ sunt. Parcite Auditores si auribus vestris non parcam, si rem vt se habet narrem: optarem enim iunioribus qui eandem cum Prodigio semitem curruunt, & easdem feras consecrantur, timorem aliquem incutere, ne in similem aliquando prædam

dam incidunt. Rediit plorans, ciulans, lachrymans,
nō iam à pluia, sed lachrymis, imo muco & catarris
ex semiroso naso effluentibus madidus: Rediit deni-
que totus transfiguratus nō in angelum lucis, sed te-
nebrarum: transfiguratus non tali transfiguratione
quali Christus in monte Thabor, cum Resplenduit fa- Matt. 17.
cuse eius sicut sol; vestimenta autem eius alba sicut nix: Sed
altera, quæ scabrum, scabiosum & squalidum reddebat
et monstrum aliquod exterum, aut Inferis rediuita
vibraveretur,

Hei mibi qualis erat? quantum mutatus ab illo?

Virgil.

Hecore, qui rediit exuia: indutus Achillei,

Aeneid. 2.

Vel Danaum Phrygios iaculatus puppis ignes?

* al san-

Squalentem barbam, & concretos * imbre capillos

guine cri-

* Tuberaq; illa gerens, qua circum plurima * porcos

nes.

Accipit, * pulsante & non pascente magistro.

* al. Vul-

factit Deus ut secundum animam adeo transmutetur
de malo in bonum, sicuti secundum corpus de bono * al. mu-

ros.

iamalum transmutatus erat, Amen. Amen.

Quomodo ergo potuit bonus ille senex filium * al. Pa-

suum quem vix videbat & misere transformatus erat trios.

pro filio suo agnoscere: Non erat asperitus, neque decor.

Ingloriis inter filios hominum: Dubium itaque non est

quin animo multa voluerit Pater, & saepius Est &

non est inter se commutarit, sed tandem tamen Videt

Eagnouit eum Pater ipsius; & quidem prius quam fi-

lius Parrem vidisset & agnouisset.

Sed quomodo possibile id fuit? Dicam Auditores:

Natura Amor & Pietas multis & clare tacentibus e-

culis prospiciunt:

Quid non vides amor? primi vidissim amantes.

Oculispi tot sunt quot Argo centeni & milleni, lin-

ceis clariores: omnia vident etiam si partes septem

pedes spissus interiaceat: nihil eos moratur assumpta

persona, nil habitus vestium aut corporis constitutio

immutata. Instar Aprorum longissime suorum mini-

mos gemitus exaudiunt: naribus illorum eleuatis &

apertis exactior olfactus inest, quam odora canum

tu; halitu suo à longe quod querunt percipiunt.

F. 3.

Amos

Amor facit ut vitulum ex sua queritatione agnoscat vacca, agnum ex balatu ovis, quantumcunque absint & magno gregi permisceantur. Anorem cæcum & oculos ligatum pingat qui volet; ego eum cæcum interdum, interdum oculatissimum dico: cæcum quia interdum in electione melioris errat,

Prop. I. 2.

Eleg. 14.

Scilicet insano nemo in amore videt.

Oculatum autem quia à longe quod amat videt, & ad obtinendum finem media prouidet. Inest enim parentibus nescio virtus naturalis in interiori forte motu sanguinis aur cordis alteratione consistens, qua proles suas quantumcunque deformatas & immutatas multo facilius quam alij agnoscant: & sic hunc Patrem filium suum Prodigum male vestitum & mira metamorphosi transfiguratum, à longè ante reliquos vidisse & agnouisse dicamus.

II.

DEV M VLTOS OCVLOS CL ARE
videntes habere; & quantum profit hoc cre-
dere & frequenti meditatione ru-
minare.

Quid. I.
Metam.

HÆc omnia dicta sunt ut cognoscamus Deum plures oculos habere, eosq; admodum claros & acutum videntes, aut potius quod sit totus oculus; nam vñ inquit August. ep. 36. Deus totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia omnia optatur; totus pes est, quia ubique est. Narrant fabule à zelotypa lunone, ne Ioui amplius subseruitet Io, adhibitum ei fuisse custodem Argum centoculum:

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, quorum nonaginta octo semper vigilabant & custodiæ intendebant, duobus tantum alternatim quietibus, nam:

Suis vicibus capiebant bina quietem.
Sed certè noster Deus pluribus & vigilantioribus oculis nos. & nostra, vndiq; & ab omni parte intueretur

Confi-